



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

CCLXVII. Ablassbrief des Papstes Bonifaz IX. für die Katharinenkirche der Neustadt Salzwedel, vom 7. Juni 1399.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

CCLXVII. Ablassbrief des Papstes Bonifaz IX. für die Katharinentirche der Neustadt Salzwedel, vom 7. Juni 1399.

Bonifacius, Episcopus, fervus fervorum Dei, universis et singulis Christi fidelibus presentes literas inspecturis salutem et Apostolicam benedictionem. Licet is, de cujus munere venit, ut sibi a suis fidelibus digne et fideliter serviatur, de abundantia sue pietatis, que merita supplicum excedit et vota, bene servientibus sibi mu . . . retribuatur, quam valeant promereri, nichilominus tamen, desiderantes domino populum reddere acceptabilem et bonorum operum sectatorem, fideles, quos ad complacendum sibi quasi quibusdam allectivis muneribus; indulgentiis scilicet et remissionibus invitamus, ut exinde reddantur divine gracie aptiores. Cupientes igitur ut parochialis Ecclesia novi oppidi in Soltwedel Verdenensis dioeceseos congruis honoribus frequentetur, et etiam conferuetur, et ut Christi fideles eo libentius causa deuotionis confluant ad eandem ecclesiam et ad hujusmodi conservationem manus porrigant promptius adiutrices, quo et hoc ibidem dono celestis gratie uberius confpexerint se refectos, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate consili, omnibus vere penitentibus et confessis, qui in festo beate Catharine virginis eandem Ecclesiam devote visitaverint annuatim et ad conservationem hujusmodi manus porrexerint adiutrices, tres annos et totidem quadragenas de injunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus. Volumus autem, quod si alias visitantibus dictam ecclesiam, seu ad ejus fabricam aut hujusmodi conservationem manus porrigentibus adiutrices, seu alias inibi pias elemosinas erogantibus, vel alias aliqua alia indulgentia perpetuo vel ad certum tempus nondum elapsum duratura, per nos concessa fuerit, ipsa per nos alias facta concessio nullius existat roboris vel momenti. Datum Rome, apud sanctum Lampertum, VII. Id. Junii, Pontificatus nostri anno decimo.

Nach Herz Br. Urk. S. 486—488.

CCLXVIII. Der Gegenpaps Benedict XIII. bestätigt dem heil. Geist-Kloster zu Salzwedel seine Besitzungen und Rechte, am 27. November 1399.

Benedictus, Episcopus, fervus fervorum Dei, dilectis filiis preposito et conventui monasterii sancti Spiritus prope muros Soltwedelenses per prepositum soliti gubernari, ordinis S. Augustini, Verdenensis dyocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes apostolica piis votis et honestis petencium precibus fauorem beniuolum impartiri. Ea propter dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates et immunitates, a predecessibus nostris Romanis pontificibus siue per privilegia siue per alias indulgentias vobis et monasterio vestro concessas, nec non libertates et exemptiones secularium exactio- num, a regibus et principibus et aliis Christi fidelibus racionabiliter vobis et eidem monasterio indultas, sicut eas juste et pacifice possidetis, vobis et per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat nach paginam nostre confirmacionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc